Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

ma ⁊ ieremuth ⁊ zabed ⁊ aziza. Et
de filiis bebai. iohannan. anania
⁊ zabbai. athalai. Et de filiis beni.
mosollam ⁊ melluch ⁊ adaia. iasub
⁊ saal ⁊ ramoth. Et de filiis phet mo
ab. edna. ⁊ chalal. banaias. maa
sias. mathanias beselehel ⁊ bennui
⁊ manasse. Et de filiis arem eliezer
iesua. melchias. semeias. symeon.
beniamin. moloch. samarias. De
filiis asom. mathaia. nathanai.
mathetha. zabeth. elipheleth. ierma
i. manasse. semei. De filiis bani
maaddi. amram ⁊ huel. banaas ⁊
bedias. cheliau. banai. amarimuth.
⁊ eliasib. mathanias. mathani.
⁊ iasi. ⁊ bani. ⁊ bennui. semei. et
salmias. ⁊ nathan. ⁊ adaias. me
chue. dabaia. sisai. sarai. ezrelech
semelau. semia. sellum. amaria. io
seph. De filiis nebu. ahiel. matha
thias. zebeth. zabina. ieddu. ⁊ io
hel. banaia. Omnes hii acceperunt
uxores alienigenas. ⁊ fuerunt ex
his mulieres que pepererant filios.

Explicit liber Esdre i. Incipit liber Neemie.

Verba Nee
mie filii hel
chie. Et fac
tum est in mense
casleu anno
xx.mo ⁊ ego
eram in susis
castro. Et
uenit anani unus de fratribus meis
ipse ⁊ uiri ex iuda. ⁊ interrogaui eos
de iudeis qui remanserant ⁊ supererant
de captiuitate ⁊ de ierusalem. Et dixerunt mi.
Qui remanserunt ⁊ derelicti sunt de capti
uitate ibi in prouincia in afflictione ma
gna sunt. ⁊ in obprobrio. Et murus ierusalem
dissipatus est ⁊ porte eius combuste sunt
igni. Cumque audissem uerba huiusce
modi sedi ⁊ fleui. ⁊ luxi diebus mul
tis. ⁊ ieiunabam ⁊ orabam ante faci
em dei celi. ⁊ dixi. Queso domine deus
celi. fortis magne atque terribilis qui
custodis pactum ⁊ misericordiam cum his
qui te diligunt. ⁊ custodiunt mandata
tua. Fiant aures tue auscultantes
⁊ oculi tui aperti ut audias orationem ser
ui tui. qua ego oro coram te hodie no
cte ⁊ die pro filiis israel seruis tuis. et
confiteor pro peccatis filiorum israel quibus pec
cauerunt tibi. Et ego ⁊ domus patris mei
peccauimus. uanitate seducti sumus.
⁊ non custodiuimus mandatum tuum ⁊ ceri
monias. ⁊ iudicia que precepisti moysi
seruo tuo. Memento uerbi quod mandasti
moysi famulo tuo dicens. Cum trans
gressi fueritis. ego dispergam uos
in populos. Et si reuertamini ad me et
custodiatis mandata mea ⁊ facia
tis ea. etiam si abducti fueritis ad ex
trema celi. inde congregabo uos ⁊ indu
cam in locum quem elegi ut habitaret
nomen meum ibi. ⁊ ipsi serui tui ⁊ populus
tuus. quos redemisti in fortitudine
tua magna. ⁊ in manu tua ualida.
Obsecro domine. sit auris tua attendens
ad orationem serui tui. ⁊ ad orationem ser
uorum tuorum qui uolunt timere nomen
tuum. ⁊ dirige seruum tuum hodie. ⁊
da ei misericordiam ante uirum hunc. Ego
enim eram pincerna regis.

II

Factum est autem in mense nisan.
anno xx.mo artaxersis regis. et
uinum erat ante eum. Et leuaui uinum

Explicit esdre. Incipit liber neemie.